Jano Vlitio.
JC. Hagan.
ad Hulstā. 30.
octob: 45.

Amplissime ac doctiss. Vir;

Si qua me ~~[illegible]~~ voluntatis ministerium, certè non inutilem judicas, ~~[illegible]~~ significa, quibus hoc officijs gratificationes praestitum velis. dabitur opera ut intelligas quanti apud me sint praeclara ingenia, ~~[illegible]~~ quae ~~[illegible]~~ regiam virtutis viam ~~[illegible]~~ in Heroinis colendo ~~[illegible]~~ civilitatis postare se credunt caeteris dicimus animantibus. Veniunt ad Petrum Peiresij manuscriptis. Consuluimus plurimum ~~[illegible]~~ ut videam tuum. et explorabo ~~[illegible]~~ quid Gratij reliquum sit quod in usus tuos converti possit. dabitur inde occasio, it apud Peti[illegible], ex recenti ~~[illegible]~~ opera quam ~~[illegible]~~ Gratio ~~[illegible]~~ caeterisque Venatoribus navasti ~~dedisti~~; eruditos, pinguem doctam ~~et~~ luculentam. quo nomine etiam gratias tibi festinanter ago, in confusa mole negotiorum toto caelo tam potenti literarum ab illa amoenitate distantium. Ignosce ~~[illegible]~~ et me ama. In Castris ad Hulstam III. Cal. Nov. CIƆIƆCXLV.

Dum has obsignare paro, excidit ~~excidit~~ confusis cogitationibus ~~[illegible]~~ epigramma hoc abortivum. quo certe paginam implebo; tu ~~ad~~ cordylos et olivas de Piscatu.

Gratius agit ovans: Vlitij manus, aemula Phoebo,
Restituit longo languida membra sole.
Quaeris, ut in Flandras, Vliti, victor ~~[illegible]~~ Gratius ~~[illegible]~~
Appulit, exceptus quâ mihi fronte fuit?
Nil potuit, Vliti, sine te ~~[illegible]~~ mihi Gratius esse,
Nil iterum potuit ~~[illegible]~~ gratius esse mihi.